




# Disputatio medica inauguralis de lumbricis

<https://hdl.handle.net/1874/347215>



Miscellanea Doctrina


Quarto ~~X~~ n°. 5192

1. Leydeckers, R. De lumbricis.
2. Weede, J. de. De praescriptionibus fori.
3. Muller, Th. De auctoritate auctorum.
4. Gelder, J. E. van. De electione rei conventi ex enormi laesione.
5. Walckier, L. Ad Senatus consultum Vellejanum.
6. Braun, L. De sudore.
7. Engering, G. D. De lithiasi renum et vesicae.
8. Helst, J. van der. De probationibus.
9. Schaep, G. De testamentis.
10. Myck, M. H. De fidejussoribus.
11. Boschaert, A. De jure dotium.
12. Stille, M. De praesumptionibus.
13. Bragge, R. De philosophatione mentis ex seipsa.
14. Gelder, J. E. van. De consensu circa nuptias.
15. Baggerus, P. De hydrophobia.
16. Choret, H. De vera pleuritide.
17. Reuteman, H. De Deo decernente.
18. Piipenhansen, O. A. De medico in morbis quibusdam spectatore.
19. Flaminius, G. De hydropse ascite.
20. Saffordus, J. De dysenteria.
21. Schlet, J. H. De cephalalgia particulari.
22. Spierschrouck, A. van. De feriis.
23. Kemp, P. De obligationibus.
24. Glodbeek, H. de. De legatis.


25. Vrolich, A. Ad legem Aquiliam.
26. Egeren, P. van. De fidejussoribus.
27. Bye, J. de. De fenatus consulto Macedoniano.
28. Bye, Gul. de. De usuris.
29. Overmeer, A. ab. De pactis.
30. Voornen, A. de. De tutelis.
31. Meyer, H. De testamentis.
32. Berckel, J. van. De restitutione in integrum minorum.
33. Noirot, J. De solutionibus.
34. Vervelst, J. De evictionibus.
35. Voet, P. G. De postulationibus advocatorum.
36. Nellesteyn, J. van. De usuris.
37. Treek, J. van den. De phthisi.
38. Lambrechtsen, B. De testibus.
39. Husfelt, W. van. De evictionibus et duplae stipulatione.
40. Bernaige, H. S. Illustriores ex variis juris partibus  
decerptae positiones.
41. Vermeer, C. De angina.
42. Anrae, C. van. De lienteria.
43. Ossewaerde, J. De rei vindicatione.
44. Roosenbosch, H. De pleuritide.
45. Holenaar, J. De asthmate.
46. Blancquehuy, J. De dolore colico.
47. Verbrugge, J. W. De testamentis.
48. Huilmann, Th. De sponsalibus.
49. Steenwyck, J. De chlorosi.

50. Goes, D. De testamentis.
51. Steigerthal, J. G. De medicamentorum noxis.
52. Günzelius, J. G. De somno atque insomniis brevibus  
complexa.
53. Molz, J. Ph. De calculo humano.
54. Eyndhoven, T. ab. De naufragiis.
55. Fagel, H. De ritu nuptiarum.
56. Brunk, J. Positiones medicae.











DISPUTATIO MEDICA  
I N A U G U R A L I S  
D E  
LUMBRICIS,

Q U A M,  
DIVINO FAVENTE NUMINE,  
*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*  
D. HERMANNI van HALEN,  
Verbi Divini in Ecclesiâ Præconis, & Theologiæ Doctoris, ejusdemque  
Facultatis in Inclytâ Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,  
N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*  
P R O G R A D U D O C T O R A T U S,  
Summisque in MEDICINA honoribus & Privilegiis  
ritè consequendis,  
*Eruditorum examini subicit*  
REYNOUT LEYDECKERS, Cassandria Fland.  
*Ad diem 29. Martii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clc lcc Lxxxix.



*Amplissimis Spectatissimis, & pietate insignibus*

*V I R I S,*

D. JOHANNI à SOOMEREN, Curiae Provincialis Ultrajectinae Praesidi, Cognato meo in æternum venerando.

D. ISAACO SNEUWENS, L.A.M. & J.U.D. Praepotent. in foro ordin. Holland. Advocato Cognato meo Plurimum mihi Colendo.

D. JOHANNI à BOCHOVEN, J.U.D. & Confilio rerum Flandricarum fisci Causam agenti, Cognato meo ubique venerando.

D. FRANCISCO à BOCHOVEN, J.U.D. Cognato meo omni merito Laudando.

D. JOHANNI de HARTOCH, Procuratori coram Comitatus ordinum Hagæ Comitatus, Cognato meo dignissimo quoad vivam amore colendo.

*Hanc Disputationem Inauguralem*

D. D. D.

REYNOUT LEYDECKERS, *Auctor.*



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
LUMBRICIS.

THESIS I.



Anc de Lumbricis exercitationem ut ordine, quantum fieri potest, exhibeam, nominis inquisitionem, magis rerum quam verborum Cupidus, relinquens, 1. definitionem, 2. differentias, 3. causas proximas, 4. signa, 5. eventum, ultimò Curationem explicare animus est.

I I.

De quibus proinde agemus, quamvis in se spectata morbi æquè ac morborum Causæ vocari possunt. Quod ad Definitionem attinet: per Lumbricos nihil aliud intelligo, quam omnis generis animalcula viva, quæ in nostro Corpore genita & in eo Contenta sunt, quæ varias toti æconomiæ animali noxas inferunt, ut propterea Corpus functiones suas rite obire nequeat.

## III.

Ubivis locorum ea in Corpore aut generari, aut saltem reperiri possunt: ita non raro sunt reperta intra Cranium, nempe in Cerebro, in fronte, naso, genis, labiis, pulmonibus, pericardio, Corde, renibus: qualium vermium vivorum ex dorso & scapula hominis ultra centum quidam Celeberrimus Lugdini eduxit, id quod Canibus valde familiare est, in dorso secundum longitudinem spinæ, sub lingua, in Corporis habitu. Insuper in ulceribus inveniuntur, quæ propterea verminosa appellantur. In urina & sanguine reperiuntur, si fides sit Kircheri in *tractatu de Peste*. In homine tamen maxime generantur seu inveniuntur in ventriculo & intestinis.

## IV.

Et quamvis eorum varia & magnitudo & figura esse possit, eorum tamen triplex observari solet differentia: quidam enim vermes oblongi sunt & teretes, spithamam unam aut alteram longi, *Lumbrici* vulgo dicti.

## V.

Alii tenues & rotundi quales in Caseo, aut Carnibus putrescentibus observantur, *Tineæ* aut *Ascarides* vulgò dicti (nostratibus *maden of maeijen*) quibus fere sedes est in intestino recto & extremo sphinctere, qui pituitæ inhærentes subinde Conglomerati magno numero plerumque excernuntur.

## VI.

Alii denique plani sunt, digitum transversum lati, & valde longi, qui aliquoties reduplicati & retorti totum fere tubulum intestinale obsident, celeberrimus quidam ait, se vidisse, lumbricos istiusmodi latos aliquot ulnas: qui vermes à peculiari figura & conformatione, quam habent cum cingulo argenteo feminarum (nostratibus *een riem worm* appellantur) ejus sedes est in intestino colo, ut apud Sennerium, Spigelium, aliosve authores videri potest.

## VII.

Hiscæ præmissis inquirenda restat origo horum animalculorum, ex quâ causâ & quâ materiâ efficiente oriantur, & quidem illa animalcula an generentur in corpore nostro, dubium

bium hæcenus fecit veterum sententia : nam Galenici causam efficientem adscribebant calori putredinoso , causam vero materialem dicebant esse Pituitam dulcem putredinem concipientem , cujus putredinis ope eam acquirit dispositionem ut in lumbricos transmutetur : existimantque ex cibis istis immodicè ingestis vermes hos generari posse. Uti etiam Helmontius existimavit Lumbricos non generari in intestino duodeno neque in stomacho , sed ex alimentis semidigestis , unde mel cum pane secalino Lumbricos gignere ait.

## V I I I.

Sed quod recte hac ætate observavit primo quidem Harveus , post hunc vero doctissimus Rhedus , nullum animal esse quod non generetur ex ovo , cujus demonstrationem videre apud eundem authorem possumus. Neque ullum ovum existit secundum , in quo non animal confirmatum integrè existat : licet tempore opus habeat , ad partium suarum explicationem & incrementum malpigijs *de bombyce* & Swammerdammijs *de insectis* videri possunt.

## I X.

Hiscè perspectis vermes à putredine oriri non putamus , sed in corpore nostro ex ovulis generari censemus , quæ in alimentis à muscis aliisque per aërem volantibus insectis deposita , tandem Corticibus suis perruptis , mediante calore ibidem excluduntur : etiam dubitandum non est , naturam à cursu ordinario aberrare in explicatione partium & incremento , pluribus demonstratur à Francisco Rhedi.

## X.

Sic itaque conabor accedere ad causas remotiores , ubi observamus illos delectare posse carnes , fructus hortenses , caseum , dulcia & saccharata omnia , lac & lactinia , cerevisiam , vinum & id genus alia , in quæ ovula sua solent deponere ; geniti autem nutriuntur & crescunt , primo quidem Chylo , qui quo gravior est , dulcior , pinguiorque , eò vermibus acceptior , 2. Pituita , & potissimum insipida.

## X I.

Plurimorum autem illi vermes morborum aut Causa aut si-

## 6 DISPUTATIO MEDICA

gnum esse solent, & ut de iis aliquid dicamus, inspiciemus quid mali Corpori nostro asferre possint 1. vermes Chylum absumendo famem præternaturalem augent, 2. corpus extenuant, 3. sanguinem depauperant, 4. spiritus animales diminuant 5. fermenta partium absumunt, 6. morborum frigidorum causa sunt, præterquam quod mordendo dolores excitent atroces, sic facile comprehendere possumus ex his multa mala in corpore nostro oriri, nam etiam graviores morbos excitant, ut Lienteriam, obstructions mesenterii & similia alia.

### X I I.

Sic itaque me ad illorum signa conferam, quæ colliguntur ex ventris distentione, ex appetitu immodico, ex tumore, & duritie abdominis, doloreque mordente circa umbilicum, ex continuo & intollerabili prurituario: sed prurituario non semper esse signum universale vermium advertendum; nam prurituario sæpe produci potest à causa intra nares hærente.

### X I I I.

Insuper cognoscitur ex malâ diætâ & vitâ ante actâ, ex signis evidentibus alicujus Cachexiæ, ut ex vultu pallido, livido, plumbeo, ex terroribus & clamoribus in somno atque ex motibus Epilepticis, &c.

### X I V.

Itaque causis explicatis progredimur ad Eventum. Lumbricus latus periculosissimus est & curatu difficilis; minus periculosi sunt vulgares lumbrici aut ascarides; insuper pro numero vermium, & conjuncta minore vel majore Cacoehymia, vel ratione conjunctorum symptomatum periculum differt.

### X V.

Nunc vero inspiciamus curationem & quodnam auxilium medicamentis adferre possimus: nam curatio pro re nata variè est tractanda & in eo præcipue consistit, ut vermes quam primo enecentur, & ne gravia producant symptomata, una cum pituita sunt expurgandi, intestina vero detergenda, conjunctaque symptomata aut prævenienda aut mitiganda.

### X V I.

# INAUGURALIS. 7

## XVI.

In quem finem adhiberi possunt omnis generis medicamenta, quæ cum acredine amarificant, veluti sunt radices galangæ Zedoariæ, diptamni, brioniæ, summitates absinthii, Centauri minoris, Eupatorium, tanacetum, Cortices Arantiorum, rheum electum agaricum, Collocynthis, Pillulæ Pestilenciales, pillul: sine quibus, species diaturbith: cum rhæo, species de hiera cum agarico.

## XVII.

Nec non profunt omnia Mercurialia, quia pituitam in corpore nostro non ferunt; præcipuæ mercurius dulcis, adhæc sales quicunque alcalici, fixi aut volatiles, inter quos eminent tartar: vitriolat: spiritus & tinctura tartari, olea stillatitia, ut ol. Cariophyllor: succin: sabinae, Castorei, & denique medicamenta rigida, aspera & inæqualia, uti Corallina Corn. Cerv: Chalibeata etiam. sp: vitriol: sulphur: sp. nitri & similia alia.

## XVIII.

Etiam magno cum successu adhiberi possunt cum abdomen adeò sit durum & tumidum linimenta aut unguenta, ut unguent: de arthanita, ol. mirrhæ, ol. mastiches felles animantium, Cataplasmata ex stercoribus animantium.

## XIX.

Ex quibus remediis variæ formulæ præparari possunt, atque huc conveniunt Apozemata aut hydromelita, & sequens apozema potest præscribi, ut.

R. Rad. galang. Zedoaria an ℥iij.  
Summitat. Absinth. Scord.  
Centaur. Minor. Tanacetan. Mj.  
Sem. Hyperic. Zedoar. an. ℥j.  
Cortic. Arant. ℥iij. Coquantur in aq. Pura.  
Ad. ℥ij in Colatur. Dissolv. Syrip. Limon. ℥iss.  
M. F. Apozema.

# 8 DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

X X.

Deinde vero si venter tumidus & durus sit, sequenti medicamento penetrante totus inungendus, ut

℞. Ol. *Absinth.*

*Castor.*

*Ruta*

*Nardin. an. ʒij.*

*Fellis Bovin. ʒv.*

*Ungenti de Arthanit ʒiſ M. F.*

Linimentum bis terve abdomen in die inungendum.

X X I.

Denique interdum adhiberi possunt fomenta quando magna ventris inflatio & tensio apparet in hunc similemve modum præscriptum ut.

℞. *Herb. Absinth, Abrotan*

*Tanaceti, Scord.*

*Malv. Violar. an. Mj.*

*Lupinor. Contusor. ʒß.*

Coquantur in aqua & aceto, Colaturâ foveatur totus venter Calide & fræquenter, cui postea emplastrum applicari potest, uti è cumino oxicroc. de bacc. lauri, &c.



# COROLLARIA.

## I.

*Antimoniata ac mercurialia, licet à quibusdam male audiant, tamen rite præparata magnum Medico in curatione emolumentum sepe adferunt.*

## II.

*Hydropis causa consistit in obstructionibus, ruptionibusque vasorum Lymphaticorum.*

## III.

*Nulla pars nostri corporis vasorum Lymphaticorum est expers.*

## IV.

*Calculus in vesica dissolvi posse Negamus.*

## V.

*Acida omnia sanguinem reddunt crassiorem è contrario sales alkalici eundum reddunt fluidiorem & tenuiorem.*

## VI.

*Inter bilem & succum pancreaticum dari effervescentiam affirmo.*

F I N I S.

B

A P.

A P P L A U S U S  
*Acutissimo Viro Juveni*  
REYNOUD LEYDEKKER,  
*cum ad gradum Doctoratus Promovetur*

O D E.



Atalis omneis, omnibus invida,  
Acerba, pallens, intolerabilis,  
Cruenta cunctis, Certa cunctis,  
Horrida mors, homini timenda,  
Ponas Sagittas, abjice sanguine  
Tinctamque falcem; tristia persona,  
Hic venit ecce Magnus hostis  
Terribilis, metuenda, vobis.  
Molesta febris, noxia, fervida,  
Maligna, flagrans, arida, pallida,  
Depone fasces, exuasque  
Imperium sine fine vexans.  
LEYDEKKER astat; qui tibi subtrahet  
Veneficam vim; plaudite singuli  
Linguâ manuque gaudium nunc  
Lætitiâque hilares docete.  
Artem medendi Pythius Arcifer  
Huic præbuit; seu Magnus Apollinis  
Natus: vel illustris Machaon,  
Instituit docuitque credo.  
Omnes citatis currite passibus  
Si quis sit æger nunc celeri pede:  
Accurat, & cito levamen,  
Accipietque febrisque finem.

*Sic cecinit*

Amicus Amico

FRANCISCUS van BERGEN,  
dictus MONTANUS, Ph. & J. U. St.

# L O F - D I C H T

*Aan den geleerden Heer ,*

REYNOUD LEYDEKKER :

*Wanneer hy in de doorlugtige Hooge School  
binnen Utrecht met aller toefnyching ter  
ARTSENYE wierd ingewijd.*

LAUREA DONANDUS APOLLINARI.



O word men eyndelijk door zijne wé-  
tenschap,  
En door 't vernuft gevoerd ; tot op  
den hoogsten trap  
Van alle deugd en roem. Zo vliegt  
men tot de wólkken ;  
Op vleugels van de Faam , by veelderhande volk-  
ken ;  
Dit toond Heer REYNOUD ons , die door zijn  
schrandere breyn ,  
Den swacke mensch versterkt in zijn verdriet en  
pijn.  
En die als een Galeen de Kruyden weet te leezen ,  
Die ons (het spijde de Dood) van ziekte kan genee-  
zen ;  
En als Hippocrates geleerd inde Artzeny.  
ô tweeden Eskulaap ! ô zoon van Febus rey !  
Het leeuen lacht uw toe , de dood met zijne schim-  
men ,  
Bennijd uw wreed en fel ; en schijnd uw te begrim-  
men.

*De swarte Pluto zelfs , en zijne Prozerpijn ,  
Die braakken uyt haar balg veel doodelijk venijn :  
Om dat door uwe kunst , den mensch behoudt het  
leeven ,*

*Waar voor den helschen poel moet sidderen en bee-  
ven.*

*Vaar voort Galenus zoon , als uyt zijn breyn ge-  
teeld ;*

*De wetenschap heeft nu tot noch toe noyt verveeld.  
Dus hoope ik , dat gy zult in wetenschap vermeê-  
ren :*

*Hoe wel men is geleerd men kan noch altijd leeren.*

*Gy hebt nu eyndelijk , door neerstigheyd en vlijt ,  
Den LAUERKRANS verdiend , die gy regt waar-  
dig zijt.*

*Wel aan ontfang den prijs , waarom gy hebt ge-  
streedden ;*

*Niet door de kragt van't staal : maar door de kragt  
van reeden.*

*Rauco gutture , Amicus Amico  
canebat*

*SAMUEL vander HEYDEN.*